

Menalcas

Candidus insuetum miratur limen Olympi
 sub pedibusque **videt nubes** et sidera **Daphnis.**
Ergo alacris silvas et cetera rura **voluptas**
Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.

60 Nec **lupus insidias** pecori nec **retia** cervis
ulla dolum meditantur : amat bonus otia Daphnis.
Ipsi laetitia **voces** ad sidera **jactant**
intoni montes ; ipsae jam **carmina rupes,**
ipsa sonant arbusta : «**Deus, deus ille**, Menalca !»

65 **Sis bonus o felix** que tuis ! en **quattuor aras** :
 ecce **duas** tibi, Daphni, **duas, altaria**, Phoebo.
Pocula bina novo **spumantia** lacte quotannis,
craterasque duo statuam tibi **pinguis olivi**,
 et multo in primis **hilarans convivia** Baccho,
 70 ante focum, si **frigus erit**, si **messis**, in umbra
vina novum fundam calathis **Ariusia nectar**¹.

75 **Cantabunt** mihi **Damoetas** et **Lyctius Aegon** ;
saltantes Satyros imitabitur Alphesiboeus.
Haec tibi semper **erunt** et **cum sollemnia vota**
reddemus nymphis, et **cum lustrabimus agros.**

80 **Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,**
dumque thymo pascentur apes, dum rore **cicadae**,
 semper **honos nomenque tuum laudesque manebunt.**
Ut Baccho Cererique, tibi sic **vota** quotannis
agricolae facient ; **damnabis tu quoque votis.**

¹ Litt. Je ferai couler des coupes du vin d'Ariusium (= de Chios), un nouveau nectar (= un rival du nectar ?)